

78 M 335 (126)

EPINICIVM,  
Q V O  
*VIRI ADMODVM REVERENDI ATQVE  
AMPLISSIMI,*  
DOMINI  
IOH.CHRISTIANI  
GERLACH,  
R. CONVENTVS BERGENSIS  
SENIORIS  
NEC NON  
ECCLESIAE MONASTICAE PASTORIS  
DIGNISSIMI ATQVE VIGILANTISSIMI,  
TRIVMPHVM VLTIMVM  
PRID. ID. MAII MDCCXXXIII.  
CRVENTE QVIDEM, ATTAMEN FELICISSIME  
ACTVM  
PIAS INTER LACRIMAS  
SIBI POTISSIMVM  
PERENNEM  
SISTIT  
PAEDAGOGIVM BERGENSE.  
MAGDEBURGI,  
LITERIS CHRISTIANI LEBERECHT FABRI, PRIVIL. TYPOGR.

Kaprel 78 M 335 [126]

AK



**N**ec *TV* carminibus nostris indictus abibis  
*GERLACHI*, puerum patria quem sede lo-  
cauit

Oelsa pater riūum, riuis stridentia lymphis  
Aera rigans, ne tela viris, ne fortibus arma  
Desint militibus. Nec *TE*, memorande, filebo,  
*O iuuenis!* Iam tum patrio de Marte virilem  
Edideras animum; iam tum prædixerat ipsa  
*Osterwickiadum* sacrorum filia, miror,  
*En Halberstadium!* fore *TE*, qui saxa moueret  
Horrida, & humanam versaret forcipe massam.  
Post, vbi de sancto *Salanæ* fonte bibisti,  
(Scilicet illius, Salæ quam plenior vnda  
Irrigat,) egrederis, dubiisque & casibus actus  
Ictibus & variis, tandem velut aspera rupes,  
Aut adamas, flammis ac dura incude domari  
Qui nescit, itas intrepidus, nec frontem alorum,  
Ceu leo, qui aduersum fidens fert pectus in hostem,  
Terrori obliqua pateris. Sic gratia firmat

Infirmas hominum mentes; sic gratia mundos  
Ore tonante docet mollem dediscere mundum.  
Ecce *virum!* Sed qualis erat Dauidica virtus,  
Talis & hæc: nulla est, nisi quæ diuinitus aucta.  
Ergo iterum repetis *Salanæ* littora, nec *TE*  
Iam vetulum didicisse pudet; contra auribus adstas  
Arrectis, *Seniorque TVAM* defendere spartam  
Dexteritate studes. Demum *VENERABILIS*

*ABBAS*

Elogio intonuit *IVSTVS*; vocat ipse polorum  
Arbiter. Hinc subito quæris conclave *Bergæ*  
*Mystica*; *Pastor* ades populis, ades æque *Scholarcha*.  
Nocte velut media, centeno vbi remige fluctum  
Nauta ferit, neque enim membris dat cura quietem,  
Ipse sedet dominus, legit astra, marinaque faxa  
Luminibus tacitis nulla non parte pererrat;  
Aut velut assidue sæuis agitatus in armis  
Dux, vbi pugnæ anceps suadet fortuna, nec vñquam  
Solutur in somnos, contra omni robore surgit  
In clypeum, ac timidos animis audacibus implet:  
Haud alias magna pietate fideque fideles  
Excubias, o *Pastor* agis, quinquenne periculum  
Sponte subis, precibus lacrimisque imbellia mulces  
Corda, neque ignitis hominum satanæque lacertis,  
Quod meminisse iuuat, digitos obuertere cessas.  
Non secus, atque sopor præcessa ex arbore palmas  
Hærentes placido perfundit rore, sed ille,



Quem tenet arborei lecti dulcedo, ruinam  
Horret præcipitem, & manibus simul excutit  
omnem

Desidiam; ceu qui teretes in pariete scalas  
Ascendit, terrasque metu cœlumque tremore  
Perfusus reputat, gressus en dirigit idem  
Caute, atque euentus sapienti corde volutat:  
Sic, *MVLTVM REVERENDE PATER*, vesti-  
gia vitæ

Lubrica deuitas, quotiesque hæc cura recursat,  
Nos quoque, nos paribus curis & vocibus vrges  
Hinc inde assiduis. Donec non mobilis vno  
Obtutu *CHRISTVM* meditaris ad ardua olympi  
Tendere conuexa, & gradibus deceptus inquis  
Terga moues, præcepsque datus, retroque residens  
Spiramenta animæ letali vulnere rumpis.  
Diffugimus visu exsangues, ah! optime *Pastor!*  
Albiades lugent nymphæ: *TE* funere raptum  
Inuiso, en! *ABBAS* fletu flet summus amaro.  
Interea sequitur *TVA* non, *Defuncte*, pudenda  
Vulnera perpetuus nostra cum laude *triumphus.*



## EPINICIVM,

Q V O

VIRI ADMODVM REVERENDI ATQVE  
AMPLISSIMI,DOMINI  
CHRISTIANI  
ERLACH,VENTVS BERGENSIS  
SENIORISNEC NON  
AE MONASTICAЕ PASTORIS  
SSIMI ATQVE VIGILANTISSIMI,IPHVM VLTIMVM  
PRID. ID. MAII MDCCXXXIII.QVIDEM, ATTAMEN FELICISSIME  
ACTVM


IAS INTER LACRIMAS

SIBI POTISSIMVM

PERENNEM

SISTIT

AGOGIVM BERGENSE.

MAGDEBURGI,  
CHRISTIANI LEBERECHT FABRI, PRIVIL. TYPOGR.

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

B.I.G.

Black

White

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Kapsel 78 M 335 [126]

AK